



55

55

53

53



СВЯТЫЙ ПИСЬМЕННИК  
ИМПЕРАТОРСКОГО  
УЧЕБНАГО ЗАВѢЩАННАГО  
УЧИЛИЩА

# RECTOR ACADEMIAE LIPSIENSIS.



Ulium Cæsarem, pridie Idus Martii, quæ vitæ finem illi accerserunt, cum in cæna apud Lepidum pontificem literis usitato more subscriberet, & de genere mortis optimo & præcipue expetendo, à cæteris conviviis sermones misceri audiret, statim exclamasse ferunt, inexpectatam & subitam mortem maximè sibi optandam videri. Neq; verò mirum est, ita quidem judicasse Ethnicum sapientem, qui casu fortassis nasci & extinguui homines, & animos hominum unà cum corporibus morte acerba deleri, nec quicquam aliud immortalitatem, quàm nominis & famæ celebritatem ad posteros propagatam esse, existimavit. Sed cum Nos in Ecclesia sciamus, mortem hominis non extinctionem esse totius, quâ reedit in nihilum, quod fuit ante nihil, sed latam emigrationem, piis quidem ad perpetuam cum DEO vitam & lætitiâ; impiis verò ad pœnas & cruciatus nunquam desituros, facile judicari potest, subitam mortem impiis, qui ante pœnitentiâ opprimuntur, maximè horrendam, & ardentibus votis deprecandam esse, sed piis & vigilantibus, qui verâ fide ad DEUM conversi sunt, & in perpetua expectatione & desiderio illius æternæ cum DEO consuetudinis vivunt, atq; ita semper parati sunt, ut Christum, Dominum & Sponsum reverenter excipiant, suamq; illi pietatem, fidem & bonam conscientiam probent, non metuendam mortem, subitam etiam & repentinam, sed gratulandum magis de expedita & celeri & diuturnis vacante cruciatibus, ad vitam æternam & per beatam emigrationem. Hac præfari volumus, significaturi funus lætuosum Juvenis ornatissimi, Dn. HEINRICI SCHRIZMEIERI, Lunæburgensis, artis Medicæ Candidati, qui proximâ die Dominicâ, vespere, lapsu scalarum subito & gravi exanimatus est. Discant autem juniores ex tristissimo hoc casu ingentem naturæ nostræ fragilitatem attentius considerari, & commonescieri se sciant, ut profanam securitatem ex animis deponant, & seria ac salutari pœnitentiâ mitigationem pœnarum à Deo impetrent. Cum enim, ut vox divina inquit: Judicium à domo Dei, seu piis ac Deo placentibus incipiat, quis finis futurus est eorum, qui Evangelio non credunt? Si justus in hac terra persolvit, quanto magis impius & peccator? & si in viridi ligno hæc fiunt, arido quid eveniet? Cæterum natus est piè defunctus Lunæburgi, anno Christi circiter millesimum, sexcentessimum, tertio, à parentibus ibidem spectatissimis, Patre sibi cognomine, Viro Præstantissimo atq; Integerrimo, Dn. HEINRICO SCHRIZMEIERO, rationum salinarum apud Lunæburgenses præfecto, Matre verò, fœmina honoratissima, ex honesta nec ignobili familia, ibidem oriundâ. Ab hisce parentibus suis satis liberaliter educatus, & à Præceptoribus domesticis, tam in pietatis & doctrinæ Christianæ, quàm liberalium artium & linguarum principiis fideliter institutus, in Gymnasium Hamburgense, Parentum jussu, se contulit, ibiq; circulum philosophicum ita absolvit, ut à Præceptoribus dignus judicaretur, qui in Academiis, ad continuandum nobilissimum Medicinæ studium, ablegaretur. Unde factum est, ut præter alias Academiis, etiam hanc nostram accurreret, in qua per integrum biennium hætenus substitit, & imprimis cursum studii Medici summa diligentia & assiduitate peregit. Professorum Medicorum non tantum publicâ institutione, sed privata etiam conversatione ac informatione continuè usus. Utq; animum suum perpetuis studiis atq; discursibus Medicis explere & satiare pro libitu posset, superioribus mensibus, à Clarissimo & Excellentissimo Viro, Dn. Johanne Ruperto Sultzbergero, Medicinæ D. & Professore publico impetravit, ut in ades & ad convivium ipsius admitteretur; de qua quidem discendi occasione sibi summopere gratulans, sæpius non tam corpus cibi, quàm animum colloquiis medicis pascere cupiit, ita, ut nullum fuisset dubium, quin aliquando in Medicum χαρίετα fuisset evasurus, nisi satia obstitissent. Vitam moresq; ipsius quod attinet, perhibent ei non tantum populares, contubernaes atq; amici ejus, sed & prædictus Dn. D. Sultzbergerus testimonium modestiæ, temperantiæ atq; pietatis singulare, adeo ut nihil in se desiderari passus videretur eorum, quæ ab homine Christiano requiruntur; imprimis verò, quod diligentissimus verbi divini cultor extiterit, nec facile ullam concionem neglexerit, sed & ipso die Dominico præterito, qui funestus ei & nobis omnibus lætuosus fuit, tres sacras conciones audiverit, & privatim Evangelii dominicalis explicationem ex homilibus Dn. D. Simonis Pauli, p. m. (qui liber post obitum ipsius adhuc apertus inventus est,) eodem die diligenter perlegerit. Mortem ipsius quod attinet, cum dicto die, finit à cænâ, quendam amicorum suorum domum comitaratur, ex improvise de scala præcipiti lapsu decedit; ex quo casu cranii insignem fracturam ac rupturam vasorum cerebri passus, effuso in cerebri ventriculos posteriores copioso sanguine, ipsiq; cerebello insigniter læso, vitam cum morte, quasi Apoplexia fortissima correptus, statim commutavit. Ei funus fiet hodiè, horâ I. pomeridianâ, ubi usitatis funerum ceremoniis à popularibus paratis, corporis exuvie ad communem deferentur sepulturam. Quo tempore, ut frequentes in adibus Dn. D. Sultzbergeri conveniant Cives Academici, ad deducendum funus, & se ad cognitionem de ira Dei, de causis mortis, de pœnitentiâ maturè agenda, de Filio Dei, autore & donatore immortalitatis, de extremo judicio, de vitæ & pœnis æternis exsuscitent, & sua vota & preces pro communi & privata singulorum salute conjungant, suademus & monemus diligenter. PP. XXX. M. Maji, Anno Christianæ salutis M. DC. XXVII.

Excudebat GREGORIUS Ritsch.

RECTOR ACADEMIAE LIPSIENSIS

ANFRAGEN

Handwritten text in a historical script, likely Latin or German, covering the majority of the page. The text is dense and appears to be a list or collection of entries.






# RECTOR ACADEMIAE LIPSIENSIS.



dem ad perpetuan-  
tam mortem impi-  
lantibus, qui ver-  
vunt, atq; ita sem-  
conscientiam prob-

Ulium Cæsarem, pridie Idus Martii, que vitæ suæ illi accerserunt, cum in cæna apud Lepidum pontifi-  
cem literis usitato more subscriberet, & de genere mortis optimo & præcipuè expetendo, à cæteris conviviis ser-



ngui homines, &  
m, quam nominis  
us, mortem homi-  
ationem, piis qui-  
icari potest, subi-  
sed piis & vigi-  
consuetudinis vi-  
fidem & bonam  
celeri & diutur-

nis vacante cruciatibus, ad vitam æternam & per beatam emigrationem. Hac presari volumus, significaturi funus luctuosum  
Juvenis ornatissimi, Dn. HEINRICI SCHRIZMEIERI, Lunæburgensis, artis Medice Candidati, qui proximâ die Do-  
minicâ, vesperi, lapsu scalarum subito & gravi exanimatus est. Discant autem juniores ex tristissimo hoc casu ingentem naturæ  
nostre fragilitatem attentius considerari, & commonefieri se sciant, ut profanam securitatem ex animis deponant, & seria ac salutari  
penitentia mitigationem pœnarum à Deo impetrent: Cumenim, ut vox divina inquit: Judicium à domo Dei, seu piis ac Deo pla-  
centibus incipiat, quis suis futurus est eorum, qui Evangelio non credunt? Si justus in hac terra persolvit, quantum magis impius &  
peccator? & si in viridi ligno hæc fiunt, arido quid eveniet? Ceterum natus est piè defunctus Lunæburgi, anno Christi circiter  
millesimum, sexcentessimum, tertio, à parentibus ibidem spectatissimis; Patre sibi cognomine, Viro Præstantissimo atq; Integerrimo, Dn.  
HENRICO SCHRIZMEIERO, rationum salinarum apud Lunæburgenses præfecto; Matre vero, femina honoratissimâ,  
ex honesta nec ignobili familia, ibidem oriundâ. Ab hisce parentibus suis satis liber aliter educatus, & à Præceptoribus domesticis, tam  
in pietatis & doctrinæ Christianæ, quam liberalium artium & linguarum principis fideliter institutus & perceptoris, in Gymnasium  
Hamburgense, Parentum jussu, se contulit, ibiq; circulum philosophicum ita absolvit, ut à Præceptoribus dignus judicaretur, qui  
in Academiis, ad continuandum nobilissimum Medicinæ studium, ablegaretur. Unde factum est, ut præter alias Academiis, etiam